

S. FLORIANVS LAVREACENSIS MARTYR.



Florianus tribunus militum Christianus in superiori Austria fuit, ubi cum quadraginta milibus p̄is in oppido Cecia (quod hodie Zeyselmaur dicitur) habitabat. is autē locus pertinebat ad Laureacensem Ecclesiam. Cum autem is intellexisset Aquilam Diocletiani Cæsaris (sub quo maxima Christianorum persecutio fuit) præfectū undiq̄ Christianos disquirere qui nollent idolis immolare, & crucifixum abnegare (querentibus nimirum Christicolis latebras & speluncas quibus abderentur) hic vir fortis & Christi athleta ad suos conuersus, inquit: Committones charissimi, turpe est nobis sic segnes in tanta piorum fratrum laniena torpescere, & fidem abscondere. quin imus saeuis istis cruciatibus obuiam. tyranni enim huiusmodi corpus tantum occidere, uerum animæ nihil officere possunt, quantumuis truces & sanguinolenti, cruorisq; Christiani sint insatiabiles. Hæc cum fortes athletæ audiuerissent, dicto citius cum suo tribuno festinabundi Laureacū contendunt, atq; præfecto Aquilæ in ponte, per quem Anasius fluuius labitur, intrepidè occurrunt, & quid uenerint minimè hæsitan tes liberè profitentur. Attonitus præfectus animositate militum, carceribus occulti iussit, & custodibus muniri.